



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Gimmvndo Militi Alatrino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

nem, verbis competenter matatis. Alioquin in negotio ipso procedas juxta quod per alias tibi litteras est injunctum.

* *Cod. Colbert.*
Guirando

Epist. 194.
Clerici defuncti patrimonii pertinet ad ejus heredes.

GIMMVNDO MILITI
Alatino.

Cum inter yconomum sancti Stephani de Alatro ac te nomine bonae memoriae Heleazari Canonici sancti Pauli Alatrini super acquisitionibus praefati Heleazari coram venerabili fratre nostro Verulano Episcopo ex delegatione nostra quaestio verteretur, idem auditis hinc inde propositis, receptis testibus, & eorum depositionibus publicatis, causam ipsam ad nostrum remisit examen sufficienter instructam. Tibi ergo & procuratori praefati yconomi in nostra praesentia constitutis dilectum filium nostrum A. Subdiaconum & Capellanum nostrum concessimus auditorem. Coram quo proposuit procurator yconomi antedicti, sicut & propositum fuerat coram Episcopo memorato, quod cum Heleazarus memoratus administrationem & praelaturam habuerit in praefata Ecclesia sancti Stephani, de bonis ejus disponens pro sua arbitrio voluntatis, & antequam in ipsa Ecclesia fuerit institutus, pauper extiterit, & postmodum acquisierit plurima, dives factus, praesumi non immerito poterat quod de bonis ipsius Ecclesiae illa fuerat acquisita, quod tam per depositiones testium, qui dixerunt dictum Heleazarum defraudasse plura de bonis Ecclesiae supradictae ac ea in suis acquisitionibus erogasse, quam etiam per famam publicam astruere nitebatur. Unde dicebat ea quae dictus Heleazarus acquisierat, ad eandem Ecclesiam pertinere, postulans illa, terras videlicet de Pede montis in Acolis, de Torreta, & ante sanctum Quintianum a flumine, ac domum quam tenet Grimaldus, adjudicari eidem. Quia etiam expressis illa in initio causae petita non fuerint, quia tamen ea constat saepedictum Heleazarum habuisse, cum ipsius acquisita petita extiterint, & haec acquisisse de bonis Ecclesiae praesumatur, ea merito intelliguntur fuisse petita. Nec ob stare dicebat quod dictus Heleazarus fuerat ad Ecclesiam sancti Pauli translatus, cum simplex tantum Canonicus ibidem existens, in tantum tentes redditus receperit ab ipsa quod ex ipsis vix sibi poterat in necessariis providere, nedum quod exinde potuerit tot & tantas possessiones emissa, adiciens etiam privatae personae prodesse non posse, si de bonis secunda Ecclesiae fuerunt aliqua

acquisita. Porro ex parte tua fuit propositum ex adverso quod super petitione incerta certa sententia non poterat promulgari, sed potius debebas absolvi, cum contra te probatum non extiterit quicquam certum. Nam quid vel quantum de bonis Ecclesiae sancti Stephani praefatus Heleazarus in suis acquisitionibus erogavit, nec per testes nec modo aliquo est ostensum. Praeterea cum saepedictus Heleazarus a supradicta Ecclesia sancti Stephani fuerit ad Ecclesiam sancti Pauli translatus, & quoddam feodum obtinuerit ab eadem, in qua per triginta ferme annos permansit, & in quibusdam bonis successerit patri suo, ex quorum proventibus possessiones aliquas comparavit, sicut testes tui deposuerant evidenter, elisa erat praesumptio quam opposuit pars adversa, cum constet eundem Heleazarum aliunde bona quae habuit acquisisse, praesertim cum eum habuisse vel acquisisse aliquid non probetur dum in prima Ecclesia resideret, sed eo potius tempore quo in secunda permansit. Unde si pro aliqua illarum Ecclesiarum praesumi deberet, praesumendum esset potius pro secunda, propter quod ab ipsius impetitione postulabas absolvi. Nos igitur his & aliis quae fuerant proposita coram auditore praedicto per relationem ipsius plenius intellectis, te ab impetitione yconomi memorati & ipsius Ecclesiae sancti Stephani super acquisitionibus memoratis sententialiter absolventes, perpetuum illis silentium imponimus super eis. Nulli ergo &c. nostrae diffinitionis &c. Si quis autem &c. usque incursum. Datum Laterani xii. Kalend. Januarij, anno tertio decimo.

* **LAONIENSI ET FINEBARENSI** * *Cod. Colbert.*
Lacensis
Episcopis, & Abbati de Magio
Limiticensis diocesis.

Dilectus filius W. Ymilicensis Canonicus nostro dudum apostolatus recesseravit quod Ymilicensi Ecclesia suo viduata pastore, concanonici sui de substituendi pastoris electione tractantes, ipsum unanimiter elegerunt. Qui cum esset citra sacros ordines constitutus, venerabilis frater noster Cassellensis Archiepiscopus Metropolitanus eorum Episcopo Rossensi mandavit ut eum uno eodemque die ad tres sacros ordines promoveret. Quod cum ille non ausu proprio, sed de mandato ipsius Archiepiscopi perfecisset, demum idem Archiepiscopus requisitus, consecrationis ei munus, hujusmodi ordinationis occa-

Epist. 195.
Cassellensis
Episcopi
Ymilicensis
Cap. Titulus
De magio, etc.
nasar.